

31

F R I S I A
O R I E N T A L I S.



Roxima, quæ à Sinu Dullarto, Amasisque exitu versus Visurgim secundum littus se porrigit, regio, Monasteriensium & Oldenburgensium agro à meridie clausa, Orientalis Frisia hodie dicitur, addito Comi-

hæret, & proprie nunc Broecmerius est, mediocris ad cultum, nec infrequens vicis, nec opum expers, in primis verò fanorum magnifica specie supra ruris modum illustris ac memorabilis. Vici omnes plus minus viginti, quibus fana sunt addita: reliquorum etiam modicus numerus. Ad Boream deinceps *Nordani* succedunt, ipso in littore, agro gaudentes optimo, pabuli segetisque æque feraci. His peculiare est, sparsim potius per villas, quam vicatim habitare, quippe qui præter *Nordam*, regionis caput, quinque solum vicos circum fana collectos tanto spatio complectantur. *Nordanos* *Harlingii* excipiunt, per dena passuum millia longius in ortum tendentes, in quibus vici XVI cum sacris ædibus, oppida duo. Ager quo littori propinquior, eo melior, versus mediterranea sterile scit. Littus ferè importuosum, præterquam ad Funnixanum emissarium, non procul ab *Harlingiorum* fine. *Wangri* ad Iadæ latissima æstuarium à Septentrionibus in meridiem intrà terras influentia jacent, planis ubique & uberibus campis. In eo tractu fana sunt cum parochiis XVI, quorum tria ad Cnipenses, reliqua ad Ieveranos pertinent. His meridiem versus *Ostringii* succedunt, vulgò *Oofstringen*, haud quaquam pari terræ felicitate, si eam dempseris particulam, quæ sub Codensium nobilium imperio in sinum Iadanum procurrit. Postremi in ortum sunt *Rustri* in Visurgim usque à *Wangris* & *Ostringiis* pertingentes, sed nunc medio Iadæ sinu in partes scissi duas. Patet omnis hæc regio in ora ab Amasis ostio ad Visurgim non minus passuum millibus L, latitudine introrsum vergente plus quam dimidiò minore. In ejus fronte Occidentali Emda est, ad Amasim flumen, totius littoris Frisici, à Batavis in Danos porrecti oculus, sive opes ejus spectes, sive ædificiorum pulchritudinem, sive situs commoditatem, sive negotiationum varietatem ac magnitudinem, sive frequentiam ac cultum populi. Amasis, cui adjacet, mercator omnium rerum avidissimus, in *Paderbornensi* agro caput attollens, pererratis omnibus *Monasteriensium* finibus, Frisiam tandem permeat, variisque sinuosus flexibus, ubi Dullarto se miscuit, spaciosus exit inter *Groninganos* & *Amasanos*, moxque littoribus omnibus liber, per vastum istud æstuarium, quod inter insulas & continentem trium ingentium miliarium spatio se fundit, in Oceanum evolvitur. Ipsum oppidum non adeò vetustum est, quum in antiquioribus monumentis nulla ejus existeret memoria, & ipse ejus dominus non ante annum MCCCCLXV titulum Comitatus sit adeptus. Eum quippe *Fredericus III* contulit in *Vdalricum*:

Termini.

Populi.

Reiderii.

Translædani.

Mormerii.

Lengani.

Amasani.

Broecmerii.
Auricani.

Nordani.

Harlingii.

Wangri.

Oofstringii.

Rustri.

Emda.

tatus titulo. Ea populi continentur XI; Reiderius, Translædanus, Mormerius, Longanus, Amasanus, Broecmerius, Auricanus, Nordanus, Harlingius, Wangrus, Ostringius, Rustrus. Primi *Reiderii* inter Dullartum & Amasim incolunt, quorum vici cum fanis, si fora annumeres, sunt XX, ceteri ferè totidem: omnes, VII aut VIII dentis, Amasi affidentes in pingui gleba. His trans Amasim adversa in fluminis ripa respondent *Translædani*, nunc *Averledingerland*, & *Mormerii* in Ortum, nunc *Moermerland*, Amasianorum pars in Arctum versi. *Translædanos* maximè ad meridiem sitos *Læda* amnis à *Mormeriiis* separat, unde nomen, quod trans *Lædam* agant. Ager eorum paludibus ferè horrens & frugibus æquè ac pabulo malignus vicis habitatur XVII, in quibus fana sunt. *Mormerii* non minus VIII passuum millibus ab Amaso in ortum extensi, donec *Oldenburgenses* attingant, *Lædam* in meridie, Auricanos ad Boream habent, vocabulum his à soli palustris natura, quo prope tota squallet regio, pauculis modo arenosis campis, quos ad frugem exercent, & magno labore colunt incolæ, intercurrentibus. *Lengani*, vulgò *Lengen*, *Mormeria* annexi difficilem admodum omni à latere aditum habent per paludes, quibus, in ambitu tanquam mœnibus circumfidentur. Ager nec latus, nec pectori pascendo idoneus. Viculi X, fanum in meditullio unum, plebs ferox & indomita. Vbi desinunt *Mormerii*, illic Ager incipit *Amasanus*, vulgò *Eemsland*, omnium, qui in Orientali Frisia sunt, pulcherrimus haud dubiè, & felicissimus, sive soli ubertatem respicias, quæ summa est, sive pagorum multitudinem & speciem, sive hominum mores. Pagi numero paulum infrà L, & eorum complures multarum regionum oppidis haud impares: fana illustria, arces virorum nobilium nec paucæ, nec despicabiles. Portus habet plurimos, *Oldershemium*, *Emdanum*, *Cnoccanum*, *Grethanum*, & *Eidelshemium*. Origo nominis ab Amasi est, cujus alveo nativo ad Austrum, æstuariis ab occasu & Borea clauditur. Sequuntur *Broecmerii*, & quondam pars horum *Auricani*, quorum ager ubi *Amasani* co-

Germania.

G g cum: